



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LIV. Markgraf Siegmund bestätigt dem Kloster Neuendorf seine neuern
Erwerbungen in Hempstede, Kenzendorp und Groß-Moringen, am 12. April
1379.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LIV. Markgraf Siegmund bestätigt dem Kloster Neuendorf seine neuern Erwerbungen in Hempstede, Kenzendorp und Groß-Moringen, am 12. April 1379.

Sigismundus — — — — Nuper equidem pro parte abbatisse et conventus sanctimonialium in Niendorp prope Gardelegen, ordinis Cisterciensis, Halberstadenensis diocesis nobis extitit supplicatum, quatenus bona subscripta, que pro suo monasterio de novo rite et rationabiliter comparaverunt, eidem sanctimonialibus appropriare et confirmare dignaremur. Nos igitur devotionem earum corde nostro pensantes non modice ad honorem Dei et genetricis ipsius virginis virginum sanctissime atque omnium sanctorum ejus ac pro singulari salutis nostre thesauro nec non in remedium illustrium principum marchionum Brandenburgensium antecessorum nostrorum animarum remedium salutare bona subscripta dicte abbatisse et conventui sanctimonialium in Niendorp non per errorem sed matura deliberatione animi prehabita de consiliatorum baronum nostrorum certa scientia et consensu appropriamus et confirmamus perpetuo temporibus a futuro (?). Primo villam Hempstede quam a valido famulo Martino dicto de Moveryn pro quinquaginta marcis argenti Brandenburgensis emerunt cum omni jure supremo et infimo, cum jure patronatus, feudo et infeudationibus, cum pascuis, agris cultis et incultis, pratis, rivis, silvis, rubetis, viis, limitibus et terminis predictis (?), censibus, honoribus, servitiis ab alto et basso, nichilo penitus excepto. Item a discretis viris Udone Kalen et Johanne Taken, civibus Gardelegenensibus, unum molendinum ante villam Kenzendorp situatum, di Kenzendorpische molne vulgariter nuncupatum, quod pro sex marcis ejusdem argenti emerunt. Item in villa Magna Moring duos choros tritici quos emerunt ab Erico, Lodovico et Conrado patris (?) de Lintstede pro viginti marcis. Que siquidem bona taliter dicto monasterio appropriantes et presentibus confirmantes eidem bonis omnibus et singulis renunciamus pro nobis et successoribus nostris, marchionibus Brandenburgensibus, neque dictum monasterium modo quocunque in eidem bonis impetere temporibus perpetuo ac futuro (?), mandantes utique universis officialibus nostris presentibus et futuris ut memoratum monasterium in eidem bonis nullatenus impediant aut quibuscunque petitionibus angariis aggravent vel impetant sub pena nostre indignationis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Tangermundis, feria tertia in pascha, anno domini M CCC septuagesimo nono.

Nach Bism. 126. (Das Original fehlt; auch Reichard hat keine Abschrift.)

LV. Hans Mourin verkauft dem Kloster Neuendorf seinen Antheil des Dorfs Hempstede, am 17. Mai 1380.

Ik Hans Mouryn, knape, do witlick — — dat ik — — vor neghen vnde twintich mark Brandeborgschen fulvers, di mi mit redeme ghelde wol tu danke betalet vnde bereidet sint,